



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XCIV. De Praenosticatione hujus Victoriae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia.*

& cruentato prodidit insidias; Unde peregrini comperaverunt se ad bellum & Comes de Marcha Equites & alii pedites invaserunt eos hostiliter, sic quod divino protecti adjutorio gloriose de hostibus triumphabant, aliis gladio trucidatis, aliquibus tergavertentibus, quibusdam cedentibus ad Villam, quæ quondam Calige etiam Sclume dicitur, de qua cum maxima difficultate fuerant expugnati. Oportuit enim omnes fratres & eorum amigeros de Kunnigsbergk advocari, hi viriliter eos fuerunt aggressi, & post longum bellum, in quo ex utraque parte plures vulnerati & mortui ceciderunt, omnes inter fecerunt. Sicque DEO propitio die illâ Sambitarum & aliorum Pruthenorum ultra tria millia sunt occisa, eodem die revoluto, anno, quo confititus fuit in Pocaryvis.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Nomine Wilhelmum *Vid. Adelarius Erichius lib. 5. Chron. Julia censis cap. 14. fol. 245. b. & 289.*
- (b) Engelbertus I. qui totam vitam suam in ejusmodi expeditionibus contrivit. Hujus posteri deinde Cliviam, & successu temporis etiam Julianum & Bergam adepti sunt. *Vid. Adelarius Erich. lib. VI. Chron. Jul. cap. 6. & 9.*

CAP. XCIV.

Prænósticatione hujus Victoriae.

Hanc Stragem Sambitarum prædixit quidam Pruthenus & sic affirmativè confirmabat ipsum futurum, quod ausus fuit dicere sub pœna capitûs sui, nescio quo spiritu ad fratres de Kunnigsberg: In die B. Vincentii Sambitæ occidentur. Sed cum exercitus eodem die recederet, improperatum fuit ei mendacium,

et d d



*Popo de Osterna VI. Magister Gen. Ord. Teutonicis.
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia*

cium, qui adhuc firmus stans in primo proposito ait: adhuc ho-
diē Sambitæ occidentur, vel terra aperiet os suum, & sicut Da-
than & Abiron de glutiet eos vivos, & sicut prædixerat factum
est.

CAP. XCV.

De

Fidelibus Sambitis, qui fratribus de Kunnigsberg adhæserunt.

Nec adhuc vexatio ista dabat intellectum Sambitis redeundi
ad S. Matris Ecclesiæ gremium, sed erecta cervice contra
Domini flagella in iracundiam concitati sunt, & contra fratres
ad bellum durissimum provocati. Præter paucos viros præ-
claros genere & Nobiles, qui relicta domo paterna venerunt
successivè ad Castrum Kunnigsberg cum omni familia sua, &
fratribus fideliter adhæserunt.

CAP. XCVI.

De

Bello fratrum de Kunnigsberg contra Sambitas, & primo contra territorium Quod novv.

NAlubo filius Scldonis de Queden vir ferocis arimi & in-
domiti cordis, tamque præsumptuosus, & stimans verecun-
diam, si tam citò fratribus subderet Collum suum, noluit sequi
parentes suos. Unde fratres commoti, dum vellent cum Exercitu
procedere contra ipsum, germanus ejus scil. Wargullo miserans

teme-

CAP.